

meritis, contulit potestate, omnibus et singulis Christifidelibus, tum in alma Urbe Nostra degentibus, vel ad eam advenientibus, tum extra Urbem predictam in quacumque mundi parte existentibus, et in Apostolice Sedis gratia et obedientia manentibus, vere penitentibus, et confessis et sacra communione reflectis, quorum primi BB. Petri et Pauli, neconon S. Joannis Lateranensis et S. Marie Majoris de Urbe Basilicas semel saltem in die per quindecim continuos aut interpolatos dies, sive naturales, sive etiam ecclesiasticos, nimirum a primis vesperis unius diciusque ad integrum ipsius subsequentis diei vespertinum crepusculum computandos; alteri autem Ecclesiam ipsam Cathedralem seu maiorem, aliasque tres eiusdem Civitatis aut loci sive in illius suburbii existentes ab Ordinariis locorum vel eorum Vicariis, aliisve de ipsorum mandato, postquam a l illorum notiam hae nostre littere pervenerint, designandas, semel pariter in die per quindecim continuos aut interpolatos dies, ut supra, devote visitaverint, ibique pro Catholicae Ecclesiae et huius Apostolicae Sedis prosperitate et exaltatione, pro extirpatione haeresium, omniumque errantium conversione, pro totius Populi Christiani pace et unitate ac iuxta mentem nostram, pias aqua Deum preces effuderint, ut plenissiman anni Iubilaei omnium peccatorum suorum indulgentiam, remissionem et veniam, anno tempori spatio superiorius memorato semel consequantur, misericorditer in Domino concedimus et impertimus, amnuentes, etiam ut haec indulgentia animabus que in eo in caritate coniunctae ex hac vita mitigaverint, per modum suffragii applicari possit ac valeat.

Navigantes vero et iter agentes, ut, ubi ad sua
domicilia seu alio ad certam stationem se receperint,
suprascriptis peractis et visitata totidem vicibus Eccle-
sia Cathedrali vel maiori, aut Parochiali loci eorum
domicilii seu stationis huiusmodi, eamdem indulgenti-
am consequi possint et valeant. Nec non praedictis
locorum Ordinariis, ut cum Monialibus, oblatis, aliis-
que puellis aut mulieribus, sive in Manasteriorum